



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi
Sacramenta Tempore pestis**

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

31. Quis viatoribus peregrinis, mercatoribus ad nundinas proficiscentibus,
si per itinera peste corripiantur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

itis reperientur, quia eo casu est eorum pa-
stor.

Dices: Cum huiusmodi officiati fere ha-
beant plures pastores in districtu suorum
officiorum commorantes, quis illorum in
hoc casu ministrare tenebitur?

R. Cum Paludano, (a) eum teneri prius
ministrare, in cuius parochia ille decubitus;
Quo deficiente tenebitur vicinior, vel qui
prius ab eo vocabitur.

Q V Æ S T I O X X X I.

*Quis viatoribus, Peregrinis, Mercatoribus ad nun-
dinas proficiscientibus, si per itinera
peste corripiantur.*

Quæstionis explicatio.

Syläester (b) & alii faciunt plures distin-
ctiones inter viatores cum licentia Epi-
scopi, vel sine illa: Sed quia his in locis non
est in usu, ut peregrinantes ad loca sacra vel
alia petant licentiam confitendi vel alia sa-
cramenta recipiendi per itinera, idcirco
loquimur de viatoribus simpliciter, siue
illi habeant licentiam siue non, & queritur
quis illis obligetur, si in itinere peste corri-
piantur.

b verb. con-
fessor. i. q. 1. &

Responsio.

Pastor in cuius parochia reperiuntur dñ

F 2 peste

84 DE NECES. ET MOD. MINIST.

a arg.c.fin.de
parochiis. peste(a) inficiuntur, quia is pro illo tempo-
re censetur eorum pastor.

Dices: Quid si à domicilio demum heri
vel nudiustertius recesserint.

b. Quidam volunt viatores peregrinos
& huiusmodi demum sortiri forum, si per
annum absuerint à loco habitationis, alii si
absuerunt quinque fere mensibus, alii, si v-
no mente, modo longius absint à suo do-
micio, nec facile possit pastor proprius il-
lis seruire: Sed in casu pestis in quo versa-
mur, putamus etiam breuitus tempus suffi-
cere, nec prefatos Doctores in hoc casu a-
liud dicturos fuisse, praesertim si proprius

b De cōsuet. pastor facile haberi non possit, quia (b) m-
e peruenit. ceſitas legem non habet.

Q V A E S T I O XXXII.

Quis Vagabundis.

Quæstionis explicatio.

c Gloss. &
Barth. in l.

dies. §. Prætor
ff. de damno
infect. & Pa-
nor. apud Syl
ueſt. verb. cō-
fess. i. q. i. in
fine.
d arg.c.fin.a.
de parochiis.

V Agabundi (c) dicuntur, qui non ha-
bent certum domicilium, nec qua-
runt, nec petunt habere.

Reſponſio.

T Enetur illis ministrare pastor (d) in
cuius parochia peste decumbunt,
quia